



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 1. Quid est Sacramentum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LOCORUM
COMMUNIVM
RELIGIONIS CHRIS-
tiane Liber quartus.

Quarto hoc locorum communium
libello de sacramentis differe-
mus, ad cuius calcem nonnulla
de resurrectione et extremo iu-
dicio adijciemus.

Caput I.

Quid est Sacramentum?

Aug. lib.
2. cap. 1. de
doc. Chri-
stia.
Idem lib.
10. de civi.
cap. 55.



Sacramentum (genera-
tim) sacrae rei signum est.
Neque vero omne sig-
num, sacramentum est:
sed quod ex institutioe
significat, gerens, scilicet,
rei signatae similitudinem: signum
simul existens & causa. Est ergo invi-
sibilis gratiae forma visibilis, eiusdem
gratiae gerens imaginem, & causa ex-
istens.

Rom. 3, Quamquam autem absque sacra-
mentis, Deus gratiam dare posset: ob
humi-

humili
sensibi
ditione
cognos
exercit
ad peio
cramen

Nou
teribus
lutem c

Porro
buit, q
excepto
non ap

Que
uo nati
sterius
octauu
ribat a

Qui
rieban
ti obno
lex circ

Quo
S
Ep
m
Seu
extrem
Quo

L I B E R I I I I .

humiliationem tamen hominis sub
sensibilibus creaturis: ad eiusdē eru-
ditionem, quo per hęc ad inuisibilia
cognoscenda proficiat: & ob ipsius
exercitationem, ne scilicet per otium
ad peiora dilabatur, instituta sunt sa-
cramenta in rebus & verbis sita.

Nouæ verò legis sacramenta, à ve-
teribus in hoc distant: quòd hęc sa-
lutem conferant: non autem illa.

Porro circumcisio eandem vim ha-
buit, quam baptismus, hoc tantum
excepto, quòd regni cœlestis ianuam
non aperiret.

Quę data Abrahę iam adulto, octa
uò natiuitatis die, cultro petri-
no potius fieri debebat, sine qua si post
octauum diem infans decessisset, pe-
ribat anima eius de populo Dei.

Qui verò ante octauum diem mo-
riebantur, non erant huic necessita-
ti obnoxii, vt quos ante illum diem
lex circumcissionis non obligabat.

Caput 2.

Quot sunt nouę legis Sacramenta?

Septem sunt nouę legis sacra-
menta: Baptismus, confirmatio,
Eucharistia, pœnitentia, vnctio
extrema, ordo, & coniugium.

Quorum alia remediũ contra pec-
catum

*Hier. epi.
ad Rusti-
cum de for-
ma uiuen-
di.*

*Gen. 17.
Ios. 5. 6
25.*

*Hugo lib.
1. parte 2.
cap. 8.*